



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S.  
Engelbertvs || Archiepiscopus Co-||loniensiſ Princeps ||  
Elector, &c.**

**Gelenius, Aegidius**

**Coloniae Agrippinae, 1633**

Notatio ad Caput Vigesimo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9728**

mem. Quisnam ergo pontificis nostri sanctitatem in dubium reuocet, quem tot commendant præclara miracula? A

### Notatio ad Caput Vigesium.

Nobilis  
fœmina à  
gravi infir-  
mitate cu-  
rata.

B. Rich-  
mondis  
Walber-  
genſis.

**M**atrona hæc Richmodis nomen habuit, quod Romanæ nobilitatis fœminis apud Colonienſes, vt è vetuſtis documentis patet, familiare fuit. Erat Richmodi ſoror Elifabetha, quam à graui infirmitate liberatam Surius tacito pede tranſiuit. Sic autem inquit manuſcrip. *Cuius (Richmodis) ſoror Elifabeth nomine ſicut ipſa mihi naper retulit Colonia, à quadam grauiſſima & occulta infirmitate, per ipſum etiam liberata. Quis ergo Pontificem Noſtrum dubitet Sanctum, quem tot commendant inſignia miraculorum? Quod à Deo non eſt, diuſtare non poteſt.* NB. Non hæc fuit Virgo Richmundis, de qua Cæſar. *in dial. lib. 9. c. 33. 34. & lib. 8. cap. 7.* perhibet virtutibus eam fuiſſe cumulata, ac vitæ floruiſſe ſanctimoniâ, quamque Henriquetz in menologio X. Kal. Nouemb. Beatarum mentium numero C accenſet. Hæc enim ante S. ENGELBERTI necem fatiſ conſeſſit, virgoque celebratur in Walpurgēſi monaſterio, quod nunc à Societate IESV tenetur, ſepulta; non verò Matrōna audit.

### Caput Vigesium primum.

*De muta in loco martyrii S. Engelberti curata.*

Muta lo-  
quitur.

**I**N pago quodam diœceſis Colonienſis puella erat ſex annorum, ab ipſo ortu muta. Ea cum oblationibus primùm ducta eſt ad ſepulchrum martyris: ſed cum non curaretur, perducta eſt ad eum locum vbi occiſus eſt. Vbi cœpit rectè & expedite loqui, quæ nunquam antea locuta fuerat, cum cœtis non immeritò admirantibus. D

### Notatio ad Caput Vigesium primum.

Flatten.

**P**vellam hanc ex villa Flattenē Diœceſis Colonienſis, oriundam refert manuſcript. Qui & ad finem capitiſ reſtes